

Virgo Ma-
ter pecca-
torum auf-
piciaria.

ratem, cum habeas Virginem mediatricem. *Hodie*, quia sepeliendus in inferno sine humilmodi patrocinio: & translatus est de morte ad vitam æternam, per Matrem matrem peccatorum auspiciatricem Mariam. *Hodie* denique favorem gratiæ tibi commode expulisti: siquidem opportune precibus accessisti: & nullatenus opportune, si non *Hodie*.

Mecum eris in paradiso. Ubi, quanvis in cruce, nisi in paradiso, si cum Deo? Solutum misero, & unice auspiciam, socium Deum habere poteram. *Mecum eris*, quia non eris, dum non mecum. *Mecum* in bonum te fortuna deducet: igitur qui non colligit mecum, dispergit. Qui non est mecum haud quamquam ingredietur in paradysum. *Mecum* ingredieris, quod quidem impossibile sine me. *Mecum* ingrediere, equidem sine me nihil poteris facere. *Mecum*, quippequam collatio beatitudinis non volentis, neque currentis, sed Dei est gratissimè miserentis. *Mecum*, qui vesces terreos confingam, & portam ferream: ac introitus concessus Principi, vel indigno nunquam denegabitur comiti. *Mecum*, quia portæ claudæ non solum aperiuntur, sed elevantur. *Mecum* obtinebis gloriam, qui præcepti criminibus vehemens in hamanam: & agnosces gratiam Itationis paradisi, cum sine me cruciatamina passurus eras inferni.

11 Hæcine verba tua. Malitia tua arguat te. His fides? Salvus eris, hodie si vocem Domini expectantis audieris. In ipsis testimonijs ostendens exempla, ut respicias, & vitam habeas. Haud sollicitus sacrare sceleræ, & deaurare crimina: igitur nullo modo iudicem Latio invenisset misericordem, dummodo te non exhibuisset ex animo ponentem. Tempus futurum, Dei gratiæ, inexhausta clemencia, & cordis in malum proni obinanis fiducia, sine penitentiæ, optime iuræque cogitantur nullius momenti. Morferis ipsa vita: igitur vera mors eorum, qui habeant sine penitentia.

DIDASCALIA IV.

Pæna sibi omnis inordinatus animus.

August.

Elloquitur Augustinus lib. 1. *Confess.* cap. 12. Per id quod colimus, mortificamur; & adoramus propense admodum, quod nescimus. Ridemus adores draconum & aspidum; & nobis blan-

Sine Deo
non fit sal-
vus omnis
homo.

Christus
haud sal-
vum fecit
latronem,
nisi peni-
tentem &
confiten-
tem.

diatur venena inimorum vulnerum. Haudquamquam ita dolent vitalia cordis; ni nos haberent toxica apudis noxæ, quam adoramus, foventes. *Peccatum meum contra me*, inquit David. Dum cogitavi propitium, insurrexit contra me peccatum: igitur gnatum & fotam calore concensus lethalem iniquitatem, inveni nonnunquam blandientem supplantationem. Per id, quod stultè vitam vocamus, in mortem scienter & nescienter incidimus. *Morte morieris*, dicitur Protoplasto, dum late legis andax committatur transgressio. Proficiberis, si præscriperis: quippe later mortis pena, ubi volit ludi-bunda omnino vita. Verum quomodo si vivit? Non est vita, vivere; sed valere: & morieris transgressione, quia moralis, & quia transgressione. Liquidò exponam. Immortalis factus est, ita ut cum iustitia originali & procul abscederet mors. Mors erit in transgressione, quia prævaricans morieris: & morte morieris, quia peccato morieris vivus; quod utique gravius. Nihil magis imminuit vitam, quam adversa valetudo, nec valetudinem magis enervat, quam legum prævaricatio. Unde Horat. lib. 1. *Carmin.* Ode 3. (& ut placet Lavino Torrent. hic, allusione flagitij Adami sub larva lapeti.) vers. 32.

Andax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitam nefas,
Andax lapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit,
Post ignem atberæ domo
Subductum, maties & nova febrium
Terris incubuit cohors:
Semotique prius tarda necessitas
Lethi corripuit gradum.

Cohors dicitur febrium turba peccatorum; quia quicquid in homine, inordinato appetitu adversatur legi; se averfatur, & detrahic transgressoris salutis. Haud vivit quod naturaliter vivere poterat, cum in ipsis sepeliatur criminibus vita: atque Adamo dicitur *Morte morieris*; non solum quia mortalis, sed quia vita tabescet languore, & deliquio valetudinis. Premet vitam mortalem cohors febrium, corpore curvo pondere infirmitatum; & *Morte morieris*; quia non vivere in vita immortali, quod rite potuisses, est proculdubio mors mortis. Antecellit enim mors pallida mortem; dum valetudo claudicat crebro per iniquitatem.

2 *Mortibus agrotationum* (alij *Agrotationum*) moriuntur: ait Ieremias de filijs perditionis, turpiter additis vitijs. Occurrit proclive lente mortis gravitas; dum valet, & omnino non prævalet in vitam, ac-

Peccatum
semper est
ira.

Psal. 50.

Gen. 2. 17

Mortuus
bono quia
mortalis,
& quia
prevarica-
tor.

Leviti
Torre

Horat.

Mors mor-
tis est vita
tormentis
infirmita-
tis, & an-
goribus fe-
bris.

Ier. 16. 46

Vita ægra
valetudi-
ne exsistit.

Valetudo
corporis ex
anime va-
letudine.

Psalm.
103. 35.

Ier. 18.
21.

Ezech. 9.
6.

Psalm. 103.
19.

Gen. 2.
8.

Thren. 4.
18.

Vita valetudinis est
sua, mors
est potius
dicenda,
quàm vi-
ta.

cessionis exarcerbitas: sed haud facile percipitur qualis mors agrotationum, vel agrotationum: quinpequam agrotationis prævenit mortem, non verò atra mors morientem. Deinde: Nullomodo dicit, *Morte agrotationum*, sed *mortibus*: quod duplex mors est, ut tot mortibus moriantur? & quomodo si sunt ægroti, iam ut mortui describuntur? An quia peccato vita est obnoxia morbis, & cum languoribus & vita gravis? Aliquid contemplatione dignum portendit singulare testimonium; quo dilucidato (utinam in peccatorum respicientiam!) clarent plura testimonia Tautologiam comitantia.

Mortem agrotationum, mortem intelligo peccatorum: igitur idem est peccare in legem, ac amittere corporis, animæque salutem. Moriuntur peccatores: & mortibus agrotationum, quia ex infirmitate spiritus patitur agritudinem corpus; cum nullo modo detrahantur in lectulam, nisi febri peracata iniquitatum. Moritur qui vitam amittit: sed peccator mortibus moritur; quia ægritudine moritur, & morietur. *Deficiunt peccatores à terra, & iniqui, ita ut non sint*. Ergò aliqui sunt, & deficiunt. Utique sunt in inannitate, & deficiunt; quia in infirmitate sunt: vires namque habet mortis, dum trahitur vita genitibus. *Interficiantur in morte*, dicitur saepe in Scriptura. Ierem. 18. 21. Apoc. 2. 23. & 6. 8. *Morte*, igitur interficiuntur; & languoris cruciatum, antequam moriantur, paulatim interficiuntur. *Interficiat usque ad interneccionem*, iubet ira Dei per Ezechielum. Declivè exponitur textus, dum euculeum lectuli patitur improbus: equidem interficitur, & nequam usque ad interneccionem; cum patitur adversam valetudinem. *Auferes spiritum eorum, & deficiunt*. Hæc est mors; sic enim dicitur de Abraham: *Et deficiens mortuus est*. Sed est alia peior morte, ubi laborat impius ægritudine gravi: quippe in vita deficit doloribus, priusquam moriatur; ac ut plus sustineat, spiritus non auferatur. *Completi sunt dies iustorum, quia venit finis*. At impiorum venit finis, & non complentur; quoniam impietatis doloribus ante finem succumbunt. Sic pati, est profectò alias: atque alias in vita mori, ac vivere tantum ægritudinibus: unde indisciplinatio agrotationum sanè moriuntur mortibus: quia moriuntur, & moriantur: & ita moriuntur, antequam moriantur; ut potius optent amaritudinem mortis, quam pati crebro lentam mortem ægritudinis. Isthis extremis cruciatibus deficiunt, quicumque in legem inconsulto delinquant; igitur cohors febrium, turba

infirmitatum, & reliquæ corporis affectio-
num molestia emanant crebro ex animarum
lue.

3 Hominem totis membrorum compagibus dissolutum, Archiatro humani generis offerunt quidam, à languore vindicandum. Offerunt, & inferunt. Propositum quorundam Policicorum sugillatur, qui anisif stimulatit factionis, & inhabitem ingerunt in fastigium dignitatis. Ipsi perciti fastu, si modo nequeunt intrare per ostium, sumisissis tegulis interent paralyticum per rectum. Hisp. *Anique salben bardas*. Proh dolor! Plernumque nanciscuntur indigni alienis brachijs, quod nec quidem volitavit per eorum phantasmam cogitationis; ut infigne sit autoritatis iustagatorum, lapis erectus in gloriosum titulum. Offerunt, & inferunt; ac Christus illic ut vidit laborantem paralytis penuria, dixit illi: *Confide fili, remittuntur tibi peccata*. Filium vocat, quem infestum sceleribus habebat. Charitas benigna est: & ut ostenderet ergà homines nobile obsequium; etiam tantum offensorem appellat filium. Verum perpende: *Remittuntur* (inquit) *tibi peccata*. Quorsum ergò huiusmodi Christi sententia? Sanitatem corporis efflagitant, & sospitant: et vinclis paralytis Domini portaret sollicitant; siquidem innervis resolutis gravis inerat pena: & apte medicus pro pharmaco apponit, *Remittuntur tibi peccata*; quippe illa, quam corpus patiebatur, membrorum & nervorum dissolutio, oriebatur tanquam è fonte, solum ex animæ morbo.

Autumant plerumque homines ortum languorum ex corporis constitutione, & in temperie aeris: atque Christus remissione peccatorum signat in efficax medicamentum; ne languidus patiar amplius & æcerbam paralytim: igitur emanabat ex anima criminibus, haud ex causis naturalibus. Corpus autem quod corrumpitur, aggravat animam; sed anima corrupta validius aggravat corporis materialem structurem. Ideo Christus quamprimum condonat scelera paralytici, ut clarescat adstantibus causa morbi: igitur dum salvus à noxa patet spiritus, à paralytici faxo liberabitur corpus.

4 Visto igitur paralytico; dicit promptè: *Remittuntur tibi peccata*. Opportuna laboranti medicina. Haud facile obtineret optatam salutem, dum causam haberet morbi intra viscera latentem: & primum animam peccati remissione medetur, postque corpus in pristinum incoluntatem restituitur; siquidem ex paralytici spiritus gravabatur & corpus. Nihil mirum celestis. Medi-

Lapis in
titulum
sæpe ele-
vatum
propositum.

Matth.
9. 2.
Charitas
benigna
est.

Ægra cor-
poris valetu-
dine ple-
rumque
ex animi
morbo.

Christus
illi ausi-
bet hæc
sententiam
ne
drami-
ni, ubi
inest causa
laboris.

Ex ani-
me lan-
guore in-
feruntur
corpore.

cus in languore operaretur; ni compesceret crimen; a quo origo paralytis ducebatur.

Præterea. Perversè cogitantibus Pharisæis de sententiâ medicaminis (ne ipsi laborarent huiusmodi contagio criminis) consulto dixit: *Ut autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico, surge.* Surrexit quidem; at quo pacto ex paralyti coram omnibus repulsa, infertur evidenter potestas dimittendi peccata; ita ut profligatio languoris sit inconcussum argumentum potestatis? Mitificè cohereret evanitas languorum; & remissio criminum. Illis videbatur caput infirmitatis oriri ex imbecilla constitutione corporis, ex intemperie humorum tenuium, non verò ex intemperantia morum: & ut circumstantes & paralyticum pariter unico pharmaco ab infirmitatum liberaret molestia; in prodigio inserit potestatem dimittendi peccata: quoniam ex cruciamine animæ, sceleribus languentis, corporis languidi insilliant infirmitates. Si non haberet potestatem condonandi, haud haberet potestatem medendi. Unde consultâ operâ exponit medicinam & gratiam, hanc animæ, illam corporis; ut speciem esset firma valetudo corporis; animæ libertatis a nexu criminis.

5 Dimissis peccatis, inquit: *Surge.* Abfuit obex; igitur vales. Nihil iam compes salutus: si vales mente, vales & corpore. *Surge.* Dimissa sunt peccata: aufugit peccati poena. *Surge.* Minime sanarem, si peccata non dimitterem; & illicò surges, ut scias causam urgentis infirmitatis: quippe nisi deliquisses in legem; haud sustinisses huiusmodi paralyfim. *Surge* adhibetur tanquam medicina corpori: *Remittuntur peccata*, in salutem animæ: & salvâ animâ, statim dicitur *Surge*: quia condonata criminis culpa; non est in corpore transgressionis poena. *Surge*: igitur effluit in corpora febrium, paralytis, ac cunctarum infirmitatum cruciamen, ob animarum præceptorum transgressionem.

Altipulantur sententiæ verba Medici intermissa sermone. *Quid cogitatis* dicit Scribis: *Quid est facilius dicere: dimittuntur tibi peccata tua; an dicere, surge & ambula?* *Quid cogitatis?* Pro eodem usurpo, ut valeat hęcina languens homo: igitur si clementia mea ei peccata dimiserit; certocius surget, & ambulabit: si quidem si corpus vobis coram adstat immobile, effluit vinculum ab animæ paralyfi. Corpus obtinebit amissam chronicè valetudinem, simul-

Verf. 6.

Gratia est etiam medicina lani gudo corpori.

Contemptus legis est corpori paralyfi.

Verf. 5.

Facile sanatur, cui peccata dimittuntur.

ac anima acceperit peccatorum remissionem; In hac condonatiois, & salutis ostensione utrumque extremum difficile; siquidem alienam ab humana potestate. Mihi verò utrumque declivè igitur exprimo peccatorum condonationem; & simul corporis dissoluti salutem; ut præstita salus corporis, gratia sit consequens, animam iustificantis.

6 Magdalena, quæ in civitate peccatrix, ut cognovit malum, occurrit ad medicum. Sors hominum haud avara: quippe medicus invenitur, utrimùm malum cognoscitur. *Mulier, quæ erat in civitate peccatrix, irruiit convivio, mordicus stimulatâ, ut eo clarescit medicus virtus, quo gravior morbus, Verum observa Augustinum differentem Derm. 26. de Verh. Dom. sic enim ait: *Agra quarit Salvatorem.* Cur ergo modo Salvatorem vocat, si Magdalenam dicitur infirmam? Medicus utique celebrandus est, qui sic blandè amplectitur peccatores; uti idem veneratur, & Homil. 28. de Tempor. dicens: *Cœlestem medicum dicitur cognovit.* Et Homil. 23. Libel. 50. *Homiliar.* astruens: *Mulierem famosam, non invitatum irruiisse convivio, ubi suus medicus recumbebat.* Si mulierem Augustinus nominaret peccatricem, aptè medicum diceret salvatorem; quippe salvator & remittit noxam, & confert gratiam. Medicus est male habentibus, & auctis conditionis infirmitatibus: quidùm ubi Magdalenam signat Augustinus laborantem, Christum haud medicum designat, sed Salvatorem? Promam acumen, Salvator (ut dixi) & peccata condonat, & gratiam præstat. Ager enim est homo, tum infirmitate, tum crimine: ægra Magdalena de medico fatragit, & Augustinus medicum tantùm salvatorem obicit; qui quidem apponit medicinam, ultrò conferendo gratiam: igitur cumulus corporis ægritudinum coalescit ex animæ qualitate viciorum.*

7 Clariùs propòsito. Noverat Magdalene quanto morbo laboraverat, dum se ingessit ubi suus medicus recumbet. Si Dominum male affecta medicum quæretet; solummodò medicamina corpori quævisisset; & Dominum ægra sollicitat Salvatorem, qui pharmaco gratia, animæ confert salutem: quoniam animâ sospite à languore criminum, liberabitur corpus à molellia infirmitatum. Incirco ubi *Peccatrix* dicitur ab Evangelista, intente ab Augustino dicitur *Agra*. Peccata signant morbidam animæ constitutionem, ægritudoque corporis ingemperium; & eandem indigent peccatricem

Luc. 7:37

Auguf.

Idem.

Cur Christus, dum peccatoribus medicatur, non dicitur medicus, sed salvator?

Minimè gravare mur ita infirmitatibus, ni operare mur erimè nit ut.

cem & agram; ut periculi admoneant conditionem humanam: quoniam quidem hand aperiorem crebris infirmitatibus, si voluntariè nullatenus opprimeremur criminibus. Non in casum Piliatæ languido dixit Salvator medicus: *Eccc sanus factus es: iam noli peccare.* Quia deliquit, elanguit: noli ergò peccare; ne ampliùs corpus crucietur poena, si infecerit animæ culpa. Periculum patet: ni à vitijis sequegrtur animæ; nulla languenti corpori proderit medicinæ. Nollit peccare, ut valeas: custodia enim legis est aratius valetudinis.

8 Audi Siracidem: *Qui delinquit in conspectu eius, qui fecit eum, incidet in manus medicis.* In infernum detrahetur: igitur ut observet Alapide hic, qui deliquit (& maxime coram Deo, quem, licet contineat omnia, & specialiter denotant loca sacra) cunctis bonis meretur privari, & cunctis malis affligi. Explicentur ergò bona amissa, & mala arguentia, seu dolores inferni, quæ subijctur iure peccati, non verò incidere in manus Medici. An Medicus Orcus? *Eruiisti animam meam ex inferno inferiori*: inquit David. In superis est infernus? Sanequam: Medicus malus: igitur idem est incidere in Medicum, ac incidere in barathrum. Male audiunt apud Plinium lib. 29. cap. 1. & multis probris, ac scommaribus faceret & festivè fodicantur: uti videri licet in farragine Prologom. in 7. lib. Hippoc. Aphorism. *Obiectione* 56. fol. 151. apud Petrum Andream Canotherium, etiam Medicum. Si plura desiderantur, lege M. V. Martialem, lib. 1. *Epigramm.* 31. & 48. & lib. 8. 74. ubi *Ophthalmicum*, idest, oculis medentem, vocat *Hoplomachus* & idest, armis dimicantem. Acrius dieterijs pungit, cum fingit lib. 6. 53. hominem animam agentem, quia in somnis medicum viderat Hermocratem: sicut de umbra alterius herali, dicitur à Lucilio lib. *Anth.* cap. 22. *Imaginem imperitii Medici homines moriuntur tanquam graviori incubone.* Vide Ioann. Ovvenum lib. 1. *Epigramm.* 15. 21. 44. 53. 71. 113. lib. 2. 32. & lib. 3. 45. Platonem lib. 3. de *Republica*: atque apud Silvestr. Petra Sancta locum de *Medico & Mula*, lib. 6. *Symbol. Heroic.* cap. 5. fol. 180. Iacobum Dalecampium & Sigismundum Gelenium in Plin. ubi supr. Donatium Calderium, Theodorum Marcilium, Laurentium Ramirez de Prado, Desiderium Heraldum, Nicolaum Rigaltium in *Valer. Mart.* locis præfatis: & denique Claudium Musambertium in *Comment. Laurentij Ramirez de Prado.*

Ioan. 5. 44.

Eccli. 8 15. Alap.

Pfal. 87. 33.

Plia.

Pet. And. Canonh. Mart.

Medici malis audiunt.

Lucil.

Ovven.

Platou. Petra Sanct.

medicinam irrident, imò nec medicos peritos, sed medicalros, Mesofociolos, Hippocracitios, Galenificios ignaros, quibus doctoribus dant esse barba, & forma. Unde queritur merito Plinius ubi supra, sic exclamans: *Nulla prætera lex, quæ punit infirmitatem capitalem: nullum exemplum vindictæ. Difeunt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt: medicoque tantùm hominem occidisse impunitas summa est.* Bonus & doctus laudari debet, ac in æthera extolli:

Clarus Apollinæ Medicus qui fulgeat arte, Extat adoranda, seu Dunt alter ope.

Sic Publius Faustus Andrelinus in *Ecotodisibivon.*

Omnes Tongilium Medici iussere lavari: O stulti, febrem creditis esse: Gula est.

Iocatur Martialis lib. 2. *Epigramm.* 40.

10 Iam ergò panditur via ad auctori-tatis Siracidis expositionem. *Qui delinquit, (ait) incidet in manus Medici.* Error peior, si non incidit: incidere in manus Medici, arborior penitente: ideo dicit delinquens *Tibi soli peccavi*: peribit sane, ni Medico Deo dixerit ex toto corde, *Sana animam meam, quia peccavi tibi.* Peccata sunt vulnera animæ, & sine medicamento penitentiæ sunt profectò immedicabiles vomica. Altior sensus. Medicum etiam iudico Confessarium, cui penitens aperit vulnus peccati validè fixum: & lortis haud erit tactus sinistræ; si incidit sanus felix in manus Medici: siquidem sapelepius aut imperitii, aut imprudentiæ, non invenitur (etsi quarta tur) Medicus, qui animæ ulceribus medietur, sed qui ut deteriora fiant, prætermissione blandiatur. Neutiquam arte infundit vinum & oleum, ut calida frigidis, & frigida calidis curetur: sed turpis lucræ gratia, ita iuxta prolubium penitentiæ adhibetur medicina; ut in obsequium iniquitatis applicentur calida calidis, frigida frigidis. O sus lora in volutabro luti! Væ qui comedunt peccata populi. *Incidet in manus Medici.* Gratulatur peccator fauste de infelici sorte: igitur de pena æterna detrahit, quæquid in manus Medici patenter sustinet. Dolore enim languidi fauciat corporis, sanus acquiritur languidioris mentis.

Deinde: *Qui delinquit, incidet in manus Medici.* Qui delinquit, peccat. Traditio in manus medicis est poena noxæ: Gravis quidem. Vide pulchra ap. Cornel. Alapide

Tom. I. Taut.

9 His ergò locis nequaquam Auctores

Tom. I. Taut.

Tom. I. Taut.

Tom. I. Taut.

Tom. I. Taut.

medicinam irrident, imò nec medicos peritos, sed medicalros, Mesofociolos, Hippocracitios, Galenificios ignaros, quibus doctoribus dant esse barba, & forma. Unde queritur merito Plinius ubi supra, sic exclamans: *Nulla prætera lex, quæ punit infirmitatem capitalem: nullum exemplum vindictæ. Difeunt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt: medicoque tantùm hominem occidisse impunitas summa est.* Bonus & doctus laudari debet, ac in æthera extolli:

Clarus Apollinæ Medicus qui fulgeat arte, Extat adoranda, seu Dunt alter ope.

Sic Publius Faustus Andrelinus in *Ecotodisibivon.*

Omnes Tongilium Medici iussere lavari: O stulti, febrem creditis esse: Gula est.

Iocatur Martialis lib. 2. *Epigramm.* 40.

10 Iam ergò panditur via ad auctori-tatis Siracidis expositionem. *Qui delinquit, (ait) incidet in manus Medici.* Error peior, si non incidit: incidere in manus Medici, arborior penitente: ideo dicit delinquens *Tibi soli peccavi*: peribit sane, ni Medico Deo dixerit ex toto corde, *Sana animam meam, quia peccavi tibi.* Peccata sunt vulnera animæ, & sine medicamento penitentiæ sunt profectò immedicabiles vomica. Altior sensus. Medicum etiam iudico Confessarium, cui penitens aperit vulnus peccati validè fixum: & lortis haud erit tactus sinistræ; si incidit sanus felix in manus Medici: siquidem sapelepius aut imperitii, aut imprudentiæ, non invenitur (etsi quarta tur) Medicus, qui animæ ulceribus medietur, sed qui ut deteriora fiant, prætermissione blandiatur. Neutiquam arte infundit vinum & oleum, ut calida frigidis, & frigida calidis curetur: sed turpis lucræ gratia, ita iuxta prolubium penitentiæ adhibetur medicina; ut in obsequium iniquitatis applicentur calida calidis, frigida frigidis. O sus lora in volutabro luti! Væ qui comedunt peccata populi. *Incidet in manus Medici.* Gratulatur peccator fauste de infelici sorte: igitur de pena æterna detrahit, quæquid in manus Medici patenter sustinet. Dolore enim languidi fauciat corporis, sanus acquiritur languidioris mentis.

Deinde: *Qui delinquit, incidet in manus Medici.* Qui delinquit, peccat. Traditio in manus medicis est poena noxæ: Gravis quidem. Vide pulchra ap. Cornel. Alapide

Tom. I. Taut.

Tom. I. Taut.

Tom. I. Taut.

Tom. I. Taut.

Tom. I. Taut.

Tom. I. Taut.

Tom. I. Taut.

Tom. I. Taut.

Tom. I. Taut.

Medici imperitii postea Reipublica. Plin.

Andrel.

Mart.

Plia. 50. 6.

Pfal. 40. 5. Penitentia est anima mea medicina.

Confessarius sit medicus.

Felix sanus mentis ex infirmitate corporis.

Cur medici
cina cor-
poris fit
pena cri-
minis

hic. Gravis, quippe æger subiecitur malis, & evacuatur donis. Mala male, & bona patitur incidens crimine in manus Medicigigitur si impetitus, languor haud declinabit, verum subitanea evanesceat. Gravis, quoniam cruciatibus acerbam perpetietur molestiam; & largis stipendijs comparabit tormentum. Gravis, quandoquidem ipis bonis minimè liberatur a malis. Gravis, quia dum veneratur infernus celestem auspicem; si erraverit, invenit & mercede conductum interfectorum. Gravis, siquidem quem anxie Medicum interpellat; offendet iudicem, qui acerbè torqueri iubeat: & quod acerbis, venditantem dolores inferni, sub larva comodi.

Isa. 26.
14.
Hebr. &
Ar. Mór.

Medici pe-
riti lau-
dandi.

Virg.

Ovid.

Quare
Medici
Manes
dicantur.

11 *Morientes non vivunt, & gigantes non resurgant*, inquit Evangelicus Vates. Hebr. *Medici non resurgant*. Arias Montanus, *Manes non resurgant*. Descripserunt versionum innuit discrimen Medicorum insipientium, & peritorum. Eò pervenit aliquorum scientia, ut merito dici poterit *Ne mortui vivant, Medici non resurgant*: igitur cognitione, medicamine, & ingenio, plures quasi revocaverunt ab Orco. At Medicatit Gigantes iure vocantur.

Centum quis brachia dicitur, Catenatasque manus, quinquaginta oribus ignem

Peccatoribus arssit.
Virgil. lib. 10. *Aneid.* & Ovid. lib. 5. *Fa-
stor.*

Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues.

Cavillatio cum velitatione faceta: æger namque dum implorat tibi vocibus Medicum; invenit subdole gigantem hoplomachum; qui quidem tela, quæ dirigere debet in febrem, contorquet in agrotantem. Unde huiusmodi Medici cataphracti medicinâ, gravi armatura gigantes, inducuntur *Manes*, idest, *Dæmones*; vel quia in visis conditioni humane, vel quia incidere in manus Medici, erit detrudi in cruciamina Profundi: vel denique, quia cum propter peccata tradantur homines in manus demonum; Medici appellantur nomine Manium: quum idem sit multoties querere Medicum, ac tradi in Tactarum.

12 Demùm. *Qui delinquit in conspectu eius, qui fecit eum, incidet in manus Medici.* Idest, *Infernabitur*. Ergo ut non infirmis, legem custodias; quippè observantia legum, omnium corporis languor: un præstabit alexipharmacum. Aptè casus in manus Medici proponitur ut pena peccati: igitur ex febrè mentis oriuntur in corpore

februm exacerbationes. Qui delinquit, in animam suam peccat: lethaler itaque faciatur anima: & propter vulnus animæ minatur, hominem recasurum in manus Medici; quoniam frequenter pestilens contagium spiritus, serpit vivax, & grassatur in corpus. Medicus corporis in animæ vulnera parum, aut nihilum valet: & minatio Medici, tanquam laniens præscribitur, ne corpus propter animæ vulnera vulneretur. Si non sufficit, ut in mentem revocetur, inferni terrores; ingerant iudicia indeclinabilia Medicatit torquentis. Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? Quis itaque feret, incidere in manus Medici: Ut valeatis, non peccatis: peccans in corpus suum peccat, ait Paulus. Peccat in corpus; quippequàm pena sua sibi inordinatus animus.

Culpa om-
nium est

1. Cor. 6.
18

DIDASCALIA V.

Quàm pulchra res est, consummare vitam ante mortem!

1 **H**ÆC Ethnicus Philosophus Con-
dubens. *Epist.* 31. Quapropter
semper & ubique nobis dicitur, *Memento
mori*. Memoria enim titulus Hispanicè con-
gruit etiam exequijs, sive supremis honori-
bus: & vel vivis profectò suggeritur ex-
equiarum memoria; quia sunt cadavera vi-
va. Memoria est namque præteritorum the-
saurus: memoriæ quidem futurorum non
est usus. Dissona sanè præsens, præteritum,
& memoria futurorum; quia sunt cadavera vi-
va. *Esse & non esse, vita & mors: & non esse*
hominibus obijcitur, quanvis sint; quia flo-
ret ita hominis vita inter mortis involuera,
ut dici possit, *Nunc est, immediatè post hoc
non*. Ah! *Memento mori*. Mortis memoria
viget: ergo mortem vivens habet: imò ha-
bit in vita; aliàs non esset præteritum, nec
memoria. *Memento mori*. Monet vel Ovven.
lib. 3. *Epigram.* 45.
Mortuus ut v' vas, vivus moriatis oportet.

Senec.

Memoria
mortis
qualiter
in vivis

Mors in
vita.

Ovven.

Assuesce ergo prius, quam moriari, mori.
In principio autem vitæ præscribitur decem-
berum finis; quia mors est quasi causa fina-
lis: *Quasi dixi*, quippe omnimodò sequi-
tur conditiones finis, finis nostræ conditio-
nis. Gratia finis sunt omnia: operatur in
nobis consideratione, igitur habet *Esse* in-
tentionale: & denique in executione est
causa

Mors inf-
tar casu
lis. se

Senec.

Gen. 2.
17.

Mors an-
te mortem
nullis.

Ecclesi 7.
18.

Mors in
morte fig-
nat peri-
culum sa-
lutis eter-
nae.

causa extrema, quæ in intentione fuit prima. Unde ut pulchra sit mors; ac in morientem conditione utilitatem; vitam consummare debemus ante mortem: ita ut sit ipsa mors ventura, cuius gratia fiant omnia: impellat animum ad bonum consideratione momenti, à quo aternitas; ut obrineatur capita felicitas: demumque sit operibus primum, quod curriculo vitæ later extremum. *Andè Senecam: Inutile ministerij est corpus. Quidni oporteat educere animum laborantem: Et fortasse paulò antequàm debet, faciendum est; ne cum fieri debeat, facere non possis: & cum maius periculum sit malè vivendi, quàm citò moriendi; stultus est, qui non exigit temporis mercede, magna rei aleam redimit.* Hæc Stoicus *Epist.* 58. Quam aptè, dicat qui articulum prospexerit, & ex dicendis clariùs unicuique constabit.

Haud alia de causa reor, prolatam mortis sententiam Protoparenti, in transgressionem interditi ligni, geminatione mortis; nisi ut vigilaret in puncto decretorio aternitatis: quandoquidem quia inutile ministerijs corpus, calcipat animum, & vitæ aternæ periculum sit igitur morienti improvisa mors. *Morte morieris*, dicitur: est utique mors secunda, quæ post mortem: est mors placida, si vita consummatur ante finem: & minaciter *Morte morieris* dicitur, dummodò prævaricetur. Morte proculdubio morietur, si in morte morietur: quippe quicunque mortis concupiscit felicitatem, mori debet ante mortem.

2 *Noli esse stultus* (ait penitens Salomon) *ne moriaris in tempore non tuo*. Quis autem in tuo tempore non morietur, ut stultus excitemur, ne moriatur? Quodnam tempus non hominis, ut moriatur extra tempus? Arbitror tempus esse mortis, quia tempus non erit amplius. Augeret difficultas, quis (inquam) in morte non morietur? Sapiens. Stultus est, ut vidimus ex Seneca, qui non exigit temporis mercede, magna rei aleam redimit. Paulò ante quam debet mori, faciendum est; ne cum fieri debeat, non possit facere. Morietur in tempore suo, quisquis sapiens ante finem morietur igitur prævenit consideratione finem. Morietur extra tempus suum, quicunque in morte morietur; siquidem negligit mortem. In prævisa morte inest tempus ad præparationem exitus: in ipsa morte est exitus improvisus; ac periculum homo facit animæ, vitam consummando in fine: siquidem dum ad exitum instruitur, in ipsa infaultè sollicitudine morietur.

Mors tempus Sipientis dicitur, cum

non restet aliud, quàm mori; igitur omnia parata. Mors non tempus mortis in peccatore, quia ut bene moriatur restant plura: nimirum dolor de peccatis commissis; amor Dei, propositum emendationis, cui adverteratur consuetudo peccati, amor saculi, affectus erga voluptates, quas invitè deserit; aut dolet, quia deseritur ab illis; quod quidem tempus exigit, & non est tempus quapropter iure vocatur stultus, quanvis dolens amplectatur penitentiam; siquidem tempus prætolatur mortis, ut dirigat animam. Sapiens morietur, quia consummatus in brevi, tempore proprio: peccator, uti stultus, in tempore plauè non suo: ac illius dicitur præparatio stulticia, & illius nullis proculdubio sapientia; quia vera sapientia est in vita respicere finem, & summa stulticia, negligere mortem.

Uterius; *Noli esse stultus*, ne moriaris, cum moriaris. Tempus dicitur hominis, dum ratione floret, & intelligentiâ gaudet: si in tempore mortis ploratur peccatum, penitentia non est tempus opportunitatis; quippè lassitudine morbi ratio tacet, ubi vigilare debet. Urget iudicium districti iudicis, quem nihil later humane conversationis. Noli esse stultus, ne morte moriaris, si moriaris in morte; quoniam ridiculum, imò periculorum sili ante iudicem, & non reddere rationem. Ratio preparanda est; quæ quidem redimat lachrymis animam miseram, detentam à culpis: quomodo ratio disponenda, si non est ratio? Quo pacto sine excusatione, lactorem omnium enervabitur obiectio? Qualis causa sine patrono, & iudice ostento? In tempore mortis non est tempus, & affligit inimicus. Iustè patiens, cum rem tanti, & tibi portendis momentis, ubi nihil vales agere. *Tempus faciendi* præterivit, patiens urgetur: & patiens agendo, quia stimulat vitæ distinctio. Vitam tuam attimabis in tantiam, & argues merito fiduciam, ut stulticiam; quippequàm si cum possit, minimè fecit, stulticia est intendere, eam non possit.

3 *Quotidie morior* (dicebat Doctor Gentium) *per vestram gloriam*. Quo pacto quotidie? Nolebat in morte mori: & quotidie morietur, ne morte in morte moriatur.

O quàm miserum est nescire mori!
Exclamat Tragicus in *Agamem. Aet.* 3. v. 606. Nesciet enim mori, qui non morietur quotidie: & Paulus ita quotidie ritè disponebat vitam, quasi ipsa die esset acturus animam. *Quasi morientes*, alibi inquit, *& ecce vivimus*. Vivemus diem supremum obeun-

Stultus est
qui in mor-
te præpa-
ratur ad
mortem.

Perperam
ratio red-
ditur, ubi
nulli agi-
tur.

Psal. 118
126.

1. Cor.
15. 23.

Senecæ

Quàm mi-
serum est
nescire
mori
2. Cor. 6.
9.

res, dummodo vivamus morientes: quoniam prevenire cogitatione urgentem finem; est effugere placidiori morte mortem. Quicumque mortem praesentem, quae futura; cogitaverit; minime, nisi insanus sit, delinquet; & ut nos vobis exhibeamus ministros vita purioris, vivimus quasi morientes: igitur haud inquinabit criminibus vitam, qui expectat vitam aeternam. Scientia mortis est exitum prevenire: nescientia, omnia in articulo mortis ad exitum preparare: & ne miser sit e carcere corporis exitus, quotidie expectatur obitus: quoniam summae felicitatis erit ante integerrimum iudicem, iam meditatam exhibere rationem.

Quotidie morientium.

Iob 9. 12

March. 22 17.

Vita est miser exitus, cum non datur poenitentia locus.

Matthias 21e

Amittitur gloria, si novissimè venit ad novissimam. Verol. 13.

Hoc est *Mori à corde*. Id est, voluntarie, ne articulus exercebit, quem toties cogitatione voravit. Quantumvis repente mortem, lethum haud novum, dum in corde quotidie construit sepulchrum. Aptè apud Aegyptios teste Pier. Valerian. Hieroglyph. lib. 34. cap. 15. *Sepulchrum significatur per cor*. E corde exeunt cogitationes; in sepulchro designantur mortis amaritudines: difficulter cor machinabitur quicquam à lege devium; si consultò cogitaverit sepulchrum. Sepulchrum patet inigne mortis, at cor principium aerae vitalis: & appositè per cor significatur sepulchrum; ut homo placidè manumittat animum: siquidem vel à vitæ principio mortis efflorescit cogitatio; ad mortemque advenientem non pavabit, qui per totam vitam advenire cognovit. Per cor denique sepulchrum: vel quia cogitationes inanes sepulchri cogitamine sepeliantur; vel quia ut homines vivant, opus est ante mortem ut moriantur: quippe quàm mors, quæ beatificat hominem, est vitam consummare ante articuli finem.

Psal. 50. 23.

Sepulchrum significatur per cor.

Moritur placide, qui vivit mortuus à corde.

Placide. 96.

Discrimen consummationis finis, & finis consummationis.

Thren. 4. 18.

Cogitatione mortis, noxiae cogitationes antequam exarantur, sepeliuntur.

1. Cor. 15. 31.

Exercitia morientis quotidie.

Pavet peccator ad severum examen, non habet poenitentiae excusationem.

Seneca

5. *Tanquam mortuus à corde*; inquit David. Erat enim vivens: & cor effecit, ut viveret quasi moriens (ad amulsim legum viveret, qui non est mortuus à morte, sed à voluntate) quandoquidem cor, fomitem cogitationum; intuebatur vivens tanquam sepulchrum; quo illicitæ cogitationes condebantur, antequam exorirentur. *Completis sunt dies nostri, quia venit finis nostri*: dicebant filij Israel, cum lubricarent velligia in itinere platearum, ob terrorem imminentium tormentorum. Idcò frustra lamentantium querimonijs, dum venit finis: morte moriebantur, & torquentur quia non cogitaverant finem mortis, antequam veniret finis: & David quanvis labat, minime lubricat; quippe venit finis tanquam mortuo voluntarie, priusquam dies essent consummatione completi.

Præterea. Illis complementum dierum suppatur à fine, ceterum David à corde. Hoc est utrorumque discrimen mortis, & causa damnationis & felicitatis. Qui corde moritur, in morte ridet: qui morte moritur, ad mortem pavet. Ille de vita exit, hic extrahitur: exit, quia consummata vita: extrahitur, quia consummata gaudia: & merito dum peccator pavet, qui illius ridet; quia iustus exit de statu multitudinis ad gaudium: & improbus de partis voluptatibus extrahitur in infernum. *Paventes moriuntur* (eloquitur Seneca de Brevit. Vit. cap. 11.) *non tanquam exeant de vita, sed tanquam extrahantur*. Haud ineptè pavor, dum

dum in morte extrahitur anima; siquidem iudicij urget gravissima pena: & pavet cogitando severissimum profectò examen, non habens ad obviendam vel levem excusationem. Tempus iudicabitur aptum poenitentiae. tempus extremi morbi; & vacillat anima sine poenitentia & tempore: unde frangitur corde insulfundente tristitiam; quia extrahitur à corpore, nondum habens poenitentiam. Extrahitur in egressu sanibus peccatorum, quisquis terminum non praescivit voluptatum; & amplexens animo lubricitatem mortalis fugacis vitæ; & contrariantem perpetuitatem fragillioris illecebræ: unde pavet utrarumque attritans finem; qui nunquam cogitavit gloriae & poenæ aeternitatem. Moritur in morte: idcò exire compellitur: & David non extrahitur, sed exit à vita placide, quippe antequam moretetur, vixerat mortuus à corde.

6. Patet sensus modò a prus illustri auctoritati Regij Propheta: *Omnis consummationis vidi finem*. Quis non vidit finem; & vidit consummationem? Discrimen arbitror indicare consummatorum à fine; & consummationum à corde. Qui in vita moriuntur, morte gaudent; quia portum inveniunt: qui sine consummantur, in morte mereantur quæ naufragium prospiciunt. Mors consummatio vitæ est: dum signat consummationem finis, postendit distinctum finem signare consummationis: igitur morte consummati detruduntur in barathrum, & mortui à corde sustolluntur ad caelum.

Paulus indicat ubi supra num. 3. *Quotidie morior per vestram gloriam*. Ad gloriam enim discipulorum interest Pauli quotidiana mors? Interest. Moritur sanè quotidie, qui moritur corde. Corde mori, est cogitare mortem ante finem, & finem futurum ante consummationem. In morte quotidiana, nullatenus protrahitur flagitiorum poenitentia. Mala expelluntur, bonaque etiam facta examinantur, probantur, discutuntur; & nihil placet, quod in morte displiceret: imò cor instat faciendum, quod in fine vult factum. Intrat itaque in gaudium Domini, quicumque sic exponitur iudicij: & Paulus exhibet vivens mortem quotidianam, ob discipulorum gloriam; siquidem ab illis proculdubio obtinebitur gloria, si moriuntur in vita.

7. Huiusmodi articulus est arbor scientia boni, & mali. Mali, quippe qui obliviscuntur, male patiuntur. Boni, quoniam qui mortem cogitant, gaudium obtinebunt & lætitiã. Mali, quia extrahuntur: boni, quia exeunt. Scientia huius ar-

Gen. 2. 9.

boris nova. Gustato ligno amarissimo, convertitur in dulcedinem: non gustato nisi in fine, amaritudo fovet amaritudinem: igitur exeuntes à mundo, recipiuntur ab Orco: & qui praecupaverunt malum mortis, exeunt ad bona aeternae felicitatis. Scientia dicitur. Aptè quidem. Vivere tota vita dicitur, qui tota vita moritur; & non est alia, nec altior scientia animæ, quàm scire mori. Scitur quotidie, non in transitu, quia subitò: & unico actu non acquiritur scientia. Scientia mortis nova est: in alijs scientijs conclusione fit demonstratio, perperam in mortis scientia, ubi vita fit conclusio; cum ut habeat rectissimum in consummatione finem, debeat concludere vitam ante conclusionem. Gratiã conclusiois pramissæ statuuntur, & non contrariè, nec contradictoriè; quia non est modus, quo formentur propositiones lupide: nec rectè demonstrabitur conclusio felicitatis, sine vitæ pramissis, imò contrarijs.

8. *Quis est locus intelligentia?* Interrogat Iobus: *Abcondita est (subdit) ab oculis omnium visentium: Perditio & mors dixerunt: Auribus audivimus famam eius*. Quare igitur fama sapientiae auditur tantum à morte, & à perditione? taxò exponam. Mors scit, ubi sapientia floreret: scire mori, est hominibus utilior scientia in fragili humana vita: & in morte lobus sapientiae locat famam; quia per mortem demonstratur, an homo habuerit, vel non habuerit sapientiam. Si viventes scire intendunt, quod fugit ab oculis omnium, & sibi consulant; consulant etiam sepulchrum. Scientiam sanè, an saperent, an desperent. Desipiunt, si in exitu preparantur ad exitum: sapiunt, dum dies consummantur ante obitum: ac in morte statuunt schola, & fama sapientiae; quia scire mori, est scire.

9. Perditio etiam sapientiam indicat. Perditio; profectò. Quia in morte mortui, multi infelicitèr perierunt, quod quidem viventes sciunt: sed est absconditum ab oculis omnium, quia ita habent voluptatibus intellectum obsecarum, ut sibi suadent egressuros obviam felicitatibus, quo sciunt alios mancipatos ignibus: ac perditio etiam ducit homines in scholam, ut audiant vel in vitæ mortis sapientiam, ut malo alieno redimatur condemnatio, & in lectione tormentorum respicientiam discant, ne similiter uti perditii pereant.

Excusatione dignos censo audaces Aegyptios, cum viderent sicco pede Mare Rubrum transcentes Hebraeos: *Quod experti (ait Paulus) devorati sunt*. Temeritate ita.

Arbor scientia boni, & mali symboli mortis.

Scientia animæ, scire mori.

Iob 28. 20. Verol. 21. & 22.

Scire mori, scire

Mortis perditio discitur doctriam.

Heb. 11. 29.

Signum
extreme
multitudo
non sape-
re aliene
capite.

Seneca

S. P. Be-
nedicti.

Disce vi-
vere, qui
disce ma-
ri.

itaque emerunt mortem; sed, ni fallor, excu-
sabilem: quippe videtur infortunium, sub-
mergi & cito perire, ubi alij & coram oculis
facti sunt salvi. Verum si scientiam docet
perditio, ubi excusatio? Excusationem vi-
ventes non habent de peccato suo: siquidem
stolidè currunt ipsidem hærentes vestigijs,
quibus alij perierunt. *Tota vita vivere dis-
cendum est* (profert Senec. de *Brevit. Vit.*
cap. 7.) *Quod magis fortasse miraberis, to-
ta vita discendum est mori.* Proh nefas! Mo-
net huiusmodi gnome Ethnicus, & abdicat
Catholicus? In secunda sententia includitur
prima: qui didicit mori, discet & vivere.
Ob gratiam huius prætermisi usque ad ho-
ram momenti; Pater N. Benedictus *Rigul.*
Sancit. cap. 4. *Instrument.* 47. ait: *Mortem*
ante oculos quotidie suspexit am habere. Per-
pende: Non solum mortem suspectam ha-
bere, sed quotidie. Infruere intendit Mo-
nachos tanquam mortuos à corde: igitur
discent tanquam vivere, si quotidie discunt
mori. Ne averfabitur peccatum, quicun-
que quotidie præparatur ad iudicium: ut
cum exierit, rationem redditurus ante iu-
dicem; expectetur quam pulchra res sit, con-
summare vitam ante mortem.
Omniem crede diem tibi diluxisse supremum.

DIDASCALIA VI.

*Morte mori melius, quam
vitam ducere mortis.*

Stroz.

Sic succinit celebris Strozius, condi-
tionem mortalium iuste depla-
rans: igitur vivendum, & non miserè vi-
vendum; cum adverteretur vite vita tristis,
& non sit vita vitalis. Vide Plutarchum de
Instit. Liber. Quapropter merito Sophocles
in *Antigone.*

Sophoc.

*Nam nulla cui mentem voluptas recreat
Non vivere hercle existimo: sed mortuum
Viventis illum ferre posse imaginem.*

Luc. 16.
20.

De Lazaro misero, plus à Divite, quam ab
ulcere facio, dicitur: *Iacebat ad ianuam
eius ulceribus plenus.* Nota iacebat. Epita-
phium est. *Hic iacet,* vulgaris sepulchri in-
scriptio. Quomodo iacebat Lazarus vivus?
Quomodo vivus & mortuus? Erat ulceribus
plenus: & cuius nullæ cogitationem facies
demulcebat voluptatis, duntaxat imaginem
præferebat viventis. Hercle iacet, quem
fortuna ut ignoscet, non agnoscit: igitur
congruit viventis sepulchrum, quem vivi co-
gitant mortuum: & morte mori melius erat
ponderè calamitatis, quam eius levitudine

Cui fori
contigit
egestatis,
speciem so-
lam habet
viventis.

& vitam ducere mortis. Unde Tragicus in
Herul. Octavo. A. 3. v. 780.

*Vires habet mortis
Lente dum trahitur vita genitibus.*

2 In throno Paupertatis & Laboris
imagines etiam ab Antiquis collocaban-
tur Parcarum. Plato in *Dialog.* 10. de
Republic. & Natal. Cines in *Mytholog.* lib.
2. cap. 10. cum Iacobo Pontan. in 2. *Me-
tam.* Ovid. *Fab.* 10. diligentissime obser-
vant. Simulachra, ni fallor, gratis gemi-
nantur, si in illis designantur sortes viven-
tium; cum indicetur idem dicari Morti, ac
devereri miserimè Paupertati. Violentia
soror Paupertatis fingitur apud Vincent.
Chartar. de *Imagin. Deor.* fol. 203. Quod
fingitur, compertum absdubie in pauperi-
bus habetur: quandoquidem milites miseri-
sij opprimunt divites; non alio dñsi, nisi
quia pauperes. Substituit animo Dedicatio
sani Violentia & Necessitas. Apud Corin-
thios dicatum fuit templum, & quidem ve-
nustissimum; harum illustre pulchritudine
imaginum; *Sed quo nemini fas erat ingredi:*
inquit Paulianus in *Cor.* Ut quid clarissimi
templi sumptus, ubi hominibus interdicitur
aditus? Haud delubrum, sed custodiam pu-
blicam iudico templum; cum nullo modo
construeretur, ut Paupertatem colerent, sed
ut specie honoris subdole occlunderent. Non
ipsa Paupertas adorabatur ibi (Paupertas
utique nullibi) sed effigies, sive simulachrum:
& industrij cultores clauderant templum;
quia ita averfabantur paupertatem vel in
celitudine throni, ut nequirent placidè nec
effigiem intueri. Altro igitur consilio pro re-
bus humanis, abditur imago Paupertatis ab
oculis: minime quærent (ni sine excusatione
querantur) quam vindicam in ergastulo pul-
cherrimo detinuerunt: & adhuc valvas tem-
pli operosè præcludunt; quippe cavent, ne
revulsis custodijs vinculis, quamcito evolans
persequatur fugientes. Haud mirum: sibi
quisque suadet in vita effugere mortem, de-
clinando paupertatem.

3 In pomariio regio paradisi florebant
ligna, undecurque pulcherrima; quæ quid-
dem nitabant copia. In illum videbantur na-
tura inclusisse locum, quicquid in orbe lau-
datur exitium: ita ut fructum, quem oculis
commendabat speciei venustas, faporis
vinceret specieiosa raritas. Præcinebat igitur
inter ligna floridissimi vitæ lignum
scientiæ boni & mali. Erat enim interdietum:
ideo oculis pulchrum, audacia pulcherri-
mum: gratissima namque sunt pœna dum
fugiunt. *Morte morieris* in quocunque die
comederis; Protoplasto notum sit. Immor-
talem absdubie absorbebit mors; quin va-

leat

Seneca

Mori est
egestas
una.

Paupertatis
Violentia
soror,
Chart.

Paulan.

Paupertatis
tem-
plum non
digne cla-
sum.

Gen. 17

Haud vi-
vit, qui
miserè vi-
vit.

Sepulchrum
viventis
paupertatis

Homo
inductus in
egestatem,
sine
plebitur
vitam &
mortem.

Miserè
vixit
vixit
vixit
vixit
vixit

Luc. 16.
22.
Ibid.

leat effugium inquisitionis scientiæ, ut libe-
reris à minata morte. *Morte morieris.* Sup-
plicium sanequam aptum; siquidem ut do-
ceret, quærebat lignum. Percitus ergo spe-
vana adorationum (quæ profectò vicissim
exant fomes vanitatum) personata lege,
nudatà fronte, terminos quos posuit, tran-
silivit, & comedit. Mortuus est, ut pœna
indicta sequeretur reatum? Mortuus est
erat enim irrevocabile decretum. Quo pæ-
cto, si vitâ floruit? Habet vitam, & non ha-
bet. Nudus agnoscitur, ad laborem damnatur,
in quem miserè compellitur, si vult vi-
tam habere, licet miserè: replerit vitam cre-
bris calamitatibus, & anni lentis gemitibus.
Vita quæ sic habetur, non est vita: vixitque
vixit functus, antequam mortuus; igitur
experiebatur cruciamentum mortis, in sepul-
chro vitali paupertatis.

Pœna mortis extemplo inferenda trans-
gressori, uti sanctio lata dudum sententia.
Ideò dicitur: *In quocunque die comederis,*
tormenta experieris mortis. Quocunque die
comederis, aut quocunque hora, privabere
vitâ. Et privatur? Utique: vivit in labore,
& paupertate: ac homo si premitur aliquo-
modo inopia; illic privatur vitâ. Si sic vi-
vitur, & in talibus, languebit spiritus. Si ad
paupertatem compellitur, ut in vita vivat
sine, quid ultra mors? Morte mori melius
erat, quam vitam ducere mortis: igitur
actor mors morte, dum adigitur egere; &
vitâ sine labore, & cum labore perire.

Uterius. Videtur amaritudo in vita
prævaricantis, quæ fatum dicitur mortis:
Omnia cruciamina in vita exerecentur, &
cum vita finiuntur; quia post lethum nulli
fatum. Silitur in morte, quia non datur in
vita nieta meta. Quia mors dolor est, pa-
tientis superans tolerantiam; expellit à cor-
pore inhaerentem valide vitam: & in Ada-
mo est mors per vitæ curriculum; ut plus
urgeat animam, vitâ, mortisque tormentum.
Moritur statim in transgressione; igitur
patitur in vita mortem illatam à pauper-
tate. Moritur extremis doloribus, qui non
extremi, in anxietate vite: inflant angores
mortis, sed non in morte; siquidem lac-
tant vitam, prementes asinam. Patitur in
vita, quod nequit pati, nisi solamine mori:
igitur impulsus Adamus noxâ, ut amplectatur
laborem & paupertatem; sine angoris
solatio sustinet mortis agonem.

4 Pullat memoriam Christi series nar-
rationis in morte Lazari, & divitis. *Mortuus
est autem dives.* Mortalitas sine exceptione
est. Quoslibet Parca fovet: labuntur simul
in numm dives, & pauper. *Factum est, ut
Tom. I. I. aut.*

moretur mendicus. Assèveranter astruit
Christus mortem epulonis gloriosi, & quasi
casi accidisse obitum mendici Lazari. No-
vum est igitur, quod mendicus moretur,
ut ita Lazari describitur obitus? Novum
itaque, si mendicus. *Maiorem quam lam ha-
bet significationem* (Maldonatus doctè in-
gerit hic num. 56.) *ut non casu, aut natu-
rà, sed miseria factum indicetur, ut Laza-
rus moretur.* Perpende emphasim: homi-
nes naturaliter moriuntur, quoniam morti
condicione à principio devoverunt: & Laza-
rus haud mortuus dicitur naturâ, sed mis-
eriâ; quippe quandiu vixit vitam pauper-
tem, passus est mortem. Halitum Lazari
vel in vita mendicatis suffocavit: & ita (ut
plus augetur) ante mortem morte mul-
sit; quod inopiâ, ulceribus, nuditate, do-
loribus sustineret civilem, ut postea in exitu
pateretur naturalem: quæ quidem dulcis,
vel ob finem anarum, quandoquidem &
angores habebat exitum.

Modò patet novitas relationis mortis
Lazari, quasi non naturalis, sed contingen-
tis. *Factum est.* Maiorem habet signifi-
cationem; igitur exprimit in moriente novi-
tatem. Mendicus in vita moritur: & novum
profectò, quòd qui mortuus iam fuerat,
moretur. Novum utique, quia statutum est
hominibus, semel mori. Novum, ut trade-
ret vitam, qui non habebat; & moretur,
quia nullatenus vixerat. Novum, quòd mo-
reretur iterum: & denique novum, ut mo-
reretur, naturâ, qui moriebatur miseriâ.
Hic locum habet illud Sophoclis in *Anti-
gone.*

Testificabitur hæc defunctus mortuus.
Habet, cum Lazarum iam mortuum Chris-
tus asserat, fuisse defunctum.

5 Vita hominis non à vita, sed à felici-
tate. Unde Seneca *Epist.* 12. *Malum est
in necessitate vivere.* Sic Iudas Iacobo dixit:
*Mitte puerum, ut possimus vivere, ne
moriatur;* quia adhuc in vita mors, si non
vivitur commode: & quoties aliquid detri-
mento iucunditatis vivitur, vivendo etiam
homo infelicitate moritur. Alimenta deérant,
quæ arceat mors futura: non tantum
mors quæ mors, sed quæ extinguitur vitâ;
igitur mors, vivere non posse, & posse vi-
vere: quapropter providè Iudas emere ci-
bos intendit, dum defuerat, dicens: *Ut
possimus vivere, ne moriamur;* siquidem
profectò moriemur; si non vivimus, quod
vivere possumus. Imò moriamur modò, cum
vita hominis non sit vita, si accediturgens
alimenterum inedia.

Defesso Elix & paululum aquæ in vase
Cec polcea.

Ut quia
novi as-
truitur
mors pau-
peris.

Maldon.

Pauper
non mori-
tur na-
tura, sed
miseria.

Notum
quòd bo-
na moria-
tur iterum.

Sophoc.

Seneca.
Gen. 43. 8.

Mors
amari-
sima, vive-
re non pos-
se, posse
vivere.

poscenti (atque ob gratiam animo confere-
 rendam, aliam intendenti gratiam, nempe
 buccellam panis, ut in inope floreret insigne
 miserationis) respondit Sareptha vidua:
*Vixit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem,
 nisi quantum pugillus capere potest in
 hyaria. En colligo duo ligna, ut ingrediar, &
 faciam illum mihi & filio meo, ut comedamus,
 & moriantur. Ut comedamus, & vivamus
 (siquidem panis fovetur spiritus) dicere
 debuit, dum Propheta respondit. Panis
 erat, non venenum, ut vitam utriusque
 detrueret in sepulchrum. Cur igitur, si ni
 comedant moriantur, buccellam panis sunt
 comesturi, ut moriantur? Quia buccella:
 non est in misero vita. Haud inest vite halitus,
 cui vivit vteculus. Comedebat vidua,
 ut mortem arceret; nequaquam ut delicias
 alimentum ministraret. Exiguæ ergo vicitabat:
 & parvo tollerans famem, non vivebat
 quia non vitalis est halitus, ubi etiam
 vite fulcrum, capere potest pugillus. Haud
 quaquam famem cibo sepelitur, sed acrius
 parce excitatur. Farina tantum habebat ad
 longam vitam, pugillum: vivaque iudicet
 offendisse sepelitur; quippe sanequam
 mori, non posse vivere. Elca ministratur,
 ut valeat corpus, quod et sic alitur; unde il-
 lud: *Venter auribus caret. Et de fame: Ni
 perimatur, perimit. Nisi abunde corpori
 ministraretur, proculdubio suffocabitur: &
 panem comedit vidua, ut comedat & moriatur
 per etiam; quippe farinae pugillus non
 sufficiebat ad vitam.**

6 Accessit ad viduam Elias, quem eius
 sine molestia amplectitur, vel in caritate
 charitas. Dixi *Sine molestia*: quippe plures
 si pauperes intuentur, expellunt dum ample-
 ctuntur; causas inquirentes paupertatis,
 verum causas subsidij haud impediunt:
 quapropter notitia exigua fortuna, & tenuis
 substantia non fatagit pectoris pietas; sed
 vanæ mentis & phantasiae curiositas. Offendit
 casu pauper, & auctoratus superciliosus
 offenditur. Declinat si videt, & videns
 transit. Intendit in eum opitulationis intui-
 tu pauper plenus ulcerum, & claudit oculos;
 ne videat malum. Ora sunt vulnera,
 quorum materia est nihil dicere, & viscera
 commovere; sed obturat dives aures suas,
 ne audiat sanguinem, & fugiat inopem: elar-
 giens inflato spiritui contumeliam, cui misero
 concedere insultum erat, elemosynam.
 Alij amplius pauperi negotium faciunt.
 Unde es tu? dicunt: *Indica, cuius causa ma-
 lum istud sit tibi? Quod est opus tuum? Qua
 terra tuas? Quæ vadis vel ex quo populo es
 tu? Quis ergo? Quare & valens non laboras,*

3. Reg. 17. 12.

In homine non est vita, si vergit inedia.

Etiam.

Quæstio inopis in ecclesio curiositatis.

aut occas, aut aras? His & alijs questionibus nudorum torquentur viscera: & dummodò honestate (qui ad causas cilia suscipiunt, & contrahunt) inuoluntam nuditatem; prætermittent gratis inopia disquisitionem: ac inquirere & expellere (ut præter paupertatem etiam sustineant confessionis tuborem) viscera comprobant tigrum, demonstrans prolubio stolidorum crudelium.

Audiant enim pannosos, qui fortunis fuerunt Ulysses, atque ad historiam præbent parulas aures: & postquam gravatos, atque miserij onustos contemplantur argumentis questionis; pauperes dimitunt inanes, sed non iniurijs. *Eia ergo* (monent) *labora; argentum & aurum non est mihi. Et si habere, haud darem, ne forem desidiarum, & favorem destinatis ad furem. Apagessis famelicis liquorones, ac a sudore abhorrentes: ne abeas ad corvos, ubi miser preparatur balatronibus gabalus. Fuge, siquidem cultures odorantur modò corpus. Minime licet profundere inconsulto divitias, ut compressis manibus in charnice sedas. Proh dolor! Scilicitaris faulle, aut fatæ mendicitatis occasionem, & dimittis inopem? Seis argumentum & precaris exitium, imò directum? Arescit, igitur facies quasi clibanus, exulta à facie tempestatum famis; & cumulas mendicum propudiosos diciturij. Modò sublevares ope, aut opibus famem: haud importunam miser arbitrarer quæstionem: verum gravare iterum, atque iterum verbis miserum, ac post exacerbationes despiciere vacuum; vacuum arguit divitis cerebrum. My. Nec mentem quidem fortis, qui requirit, quis est pauper; & manum à suppetijs paritate subtrahit.*

7 Durissimum est utique vel famis præludium. Iam ergo locorum David præ illius cruciamine, adhaerat lingua palato, in Maonica inculta solitudine. Vexatio dedit intellectum, ut quæreret à divite auxilium; quem comiter Princeps David insit salutare militem, & precari auspicio bonum omen; ne commilitonum insipientia, alijs sibique evanesceret gratia. *Salutabitur* (inquit) *ex nomine meo, ut duri hominis mollescant viscera, tantum Principem contemplantis, & vexatum ab inopia: siquidem leva fors ita luse, ut auguratus in dominum, quæreret precarium victum. Stultus erat Nabal, uti iudicavit uxor eius Abigail. Secundum nomen suum (ait) stultus: & stultitia est cum eo. Addit femina prudens & querula geminationem (de qua Nos, si facta iuvant, ad illum locum) in viri iudicio-*

1. Reg. 25. 8.

Verf. 25.

nem.

Dives in pauperem stultitiam habet uxor rem.

Pauperi negatur auxilium, & vibratur opprobrium.

Verf. 20.

Non quis, sed propter quem elemosyna fit, in largitione intendatur.

Ibid. Inopis in famamur à divitebus tanquam latrones.

nempe, *Et stultitia est cum eo.* Qd. Haud in diabjs consultit uxoris prudentiam, sed uxorem stultitiam, cui comes toror accedit abundantia honorum; ut magis agrestem mente demonstret felicitatis captum. Cur ergo sic virum improperij prudens uxor intamat; cum videret Principem bile commota propensorem in vindictam?

8 Audi. Opem tantillam egens Princeps petit, parè iucundus; quandoquidem placeret, quodcumque invenisset manus. Accedunt milites, orant, & ex nomine David famis vexationem potenti Nabal denunciant. Sed quid? *Quis est David?* respondit, & subdit: *Et quis est filius Isai?* Non fat abnuere elemosynam, quin inferat contumeliam? Ad venit divitum improbitas (quam destrueret debuerat pectoris charitas) ut non tantum desiccant à fide in pauperes, sed eorum facies & tumidant opprobrij. *Quis est David?* inquit, dum quasi mendicus elemosynam petit. Stultus est, & stultitia est in eo; dum *Quis* sit, qui poscit, & non *Propter quem*, cogitat in beneficentia: igitur erit piorum & indigentium subsidium, si elemosyna distribuatur propter Deum. Plurimum opus pulchrum devenuat penicillus vanitatis, ubi qualitas ingeritur depocentis. Minime in cogitatione, longius in phantasia verteretur, nec qui accipit, nec qui distribuit: habebit enim disperserit gloriam, sed non apud Deum: unde merito & uxor viri notat stultitiam; cum *Quis* sit sciscitatur, ut sublevet ope paupertatis scilicet.

9 Deinde: Quis sit qui deprecatur, interrogat Nabal inflatus opibus: precibus enim nobilium frequenter superbit stulticus. Scit. Verum & suppetias fert: Nequaquam inficias ite. Parum est: proca, ac perticta fronte, geminato dedecore: *Hodie* (dixit) *invererunt servi, qui fugiant dominos suos. O temporal! O mores!* Reliquum rullici impudentia pro coronide erat; ut quos cognoverat inopes, intamaret ut latrones. Observa: *Hodie invererunt servi, qui fugiunt.* Apage in malum: in domo mea haud invenietur auxilium, ne huiusmodi miserationis exemplo, à latronibus habitetur solitudo; ac expectatione victus per misericordiam, dum alij laborant, fures (specie pauperes) in medio ostanter sedent. Haud crescent mali per me: propellitur ubi prævalet morsite effusiones in barathrum, fuci & locustæ laborum.

10 Demum, *Quis est David?* Homo vilis si diceres: *Non possum* (quia *Non possum concedere, est auleum inficari*) tristes ab-

Tom. I. Faust.

rent, ceterum stomachati nunquam recederent. Quapropter Legislator Monachorum, Dux & Pater cap. 31. *S. Reg. de Cellerario*, dicit: *Frates non confristet; si quis autem ab eo forte aliqui irrationabiliter postulat, non spernendo eum confristet: sed rationabiliter cum humilitate male petenti deniget.* Sed quomodo negaturus? Subdit illic ibid. *Cui substantia non est, que tribuatur; sermo responsionis porrigatur bonus, ut scriptum est: sermo bonus super datum optimum.* Sed excitare poscenti quæstionem, & vacuum ut accessit, reliquere paupertatem: est argumentum extreme stoliditatis, & irritamen patientia munusculum depocentis; siquidem in quæstione, ubi concepit inedia stimulantis sublevamen; non habuit nisi quæstionem. *Hilpan. Non ay patientia que susira, preguntarle, quien es; y decirle despaes, que es un bozazan.* Excanduit David, qui persecutionum faciem periculo noverat; & tot, ac tanta à Rege indecora prætermiserat. Haud valuit propter summam paupertatem, perferre à vili dedecoris mortem: in nobili enim mortis gerit vices miseranda, & plorabilis pauperies.

11 Fortuna temulenta, adulatione sagà, ac phantasia dipsade, excitante in pectore adorationis inexplabilem scim; Nabuchodonosor levavit se super se, ut magis foret cultibus ambitionem: ac ut eidem vestigijs deleret obtusus humiliationis penicillus, quicquid deauraverat cerebrum fastus; se proculdubio sub se reliquit: igitur exutus honoraria maiestate, ab hominibus excutatus, tanquam comedebat bos rationalis stupidus: ita specie oris immutatà in brutorum speciem, ut non agnoscerent in Rege hominem, qui dudum ambiverat Deitatem. *Hem tibi præmium: eleva ergo caput supra fastigium. Metamorphosis coram oculis celebris, verum ad intra superbie imago vulgaris. Figura rationalis amittitur: Evanescit in homine hominis forma, ut non intueatur quisquam imaginem, quàm in folio viderit fulgentem hominem? Quanam igitur occasio huiusmodi mirationis? Fucus infelicis paupertatis. Misera vita inverit hominis faciem, & transformat oris speciem: à folio regio, deliciofo convivio, ac opipare lautò, utque ab brutorum pascua descendit homo: & perperam haberet hominis habitum, qui non habebat quo alectur, nisi scemum. Dum homini desicet cibus, homo desicet; quia in miserijs non subsistit: erant igitur Nabuchoch, dum esset Rex, in accubitu suo lautæ dapes; modò non dapes, sed arborum*

S. Benè dict.

Non est vel mihi patientia ut pro elemosyna conferatur in iuria.

Dan. 4. 30.

Inedia hominis eum necesse species.

Cec 2

cor.

cortices, vel radices. Ibi genio vixerat, hic miserè vicatibatur: & non novum, si adactus in tantam victus inediam, quod homo delicatus hominis prorsus amisisset & formam.

Praterè. Post tempora & tempora Nabuchodonosor restituitur forma. *Figura mea* (ait) *reversa est ad me.* Nihil aliud innotescit huiusmodi vicissitudine, nisi superbia corrumpere, & humilitate ascendere. At operæ pretium erit observari stylum Regis, dum emerit è pelago paupertatis. *Figura mea reversa est ad me:* agnoverunt homines hominem, ubi adorati sunt divitem. Optimates & magistratus requisierunt in folio, dum figura cum imperio est restituta; non verò cum iaceret lamentabili inopia, & inaudita tragedia. In palatijs pervagatum: semper enim circumspicitur folium.

Verf. 33. Dives agnoscitur homo.

In aula non intenditur obsequium, sed commodum.

Verf. 31.

Pl. 118. 144.

Cur in Principe eminere debet virtus prudentiæ?

Vita inopia est mortis vitæ.

In necessitate vivere, necessitas nulla est.

12. Figura restituitur. Verùm & quomodo? Infit Rex; *Sensus meus redditus est mihi.* Dicit *sensum restitutum*, & non *sensum*, siquidem apparuit homo per rationem, cuius figura abolita fuerat per irrationalium deformem speciem. Ideo David: *Intellectum* (inquit) *da mihi*, & *viam*: igitur homo non vivit sine intellectu, maxime quia honor Regis iudicium diligit: & dum ministrorum de regimine fatigat, haud ponderatè agnosceret officia aulicorum affectuum & factionum; & quomodo ad discretionem technarum non haberet intellectum. Sensum ratio est, sensus sensibilibus: cur non dicit redditum fuisse spinther rationis, sed facultatem sensibilitatis, cum figura restituitur hominis? Sensibilibus quid commune est, & rationali, & irrationali: quanvis in irrationali imagine, inerat munus ei facultatis sensitivæ: quo pacto dicitur verè sensus restitutus, si non amissus? Sensatio vitam indicat, insensibilibus mortem enunciat: & dicitur sanequam adhuc in vita sensus Regi restitutus; quia per inediam arètè vixerat mortuus. Vitam gerebat mortis in paupertatis articulo. Vivus & mortuus, & homo? Utrique. Erat homo, sed abiectus, pauper, miser, miserabilis & nudus: & sensus restituitur; estò sit sensus; quippe vita his mollellijs zrumnosa, minime est hominis vita. Morre mori melius erat, quam vitam ducere mortis.

13. Hac discernimus de necessitate propter inopiam, alibi agemus de paupertatis necessitate: idest, de paupertate voluntaria, quæ quidem felix miseria; cum pauperes sint, qui volunt esse pauperes, & alij quia volunt esse divites. Quapropter Seneca ubi supr. num. 5. *Malum est in necessitate vi-*

vere: & subdit: Sed in necessitate vivere, necessitas nulla est. Quidni nulla? Patent undique ad libertatem viae multe, breves, & faciles. At quæ? Non sunt, quas signat Stoicus, sed quæ Christus. Suo loco dicant: interibi vide in prefatum propositum *Didasc.* 8. num. 2.

DIDASCALIA VII.

Antidotum prima noxæ Sacramentum Eucharistiæ.

1. Ioannes Maburnus dicit in *Roseto* part. 1. tit. 6. Unde appositè Guarricus N. Ser. de *Annunc.* Sacramentum plaudit *Cibum vite immortalis, medicinam peccati, & restitutionem sanitatis.* O sacrum convivium! O felicitatem hominum! Au misera cõditio humana! Oh transgressions cervicosa noxa! Multoties haud relicuitur sanitas, & palam ulceribus apponitur medicina. Cibus dicitur vite immortalis. Iure: ingenium charitatis erat à Deitate exprimentum; dum exhiberet mundo novum grande convivium: & qui in vita per cibum mortuus exiit, per cibum in morte vivit: siquidem si ilectus, de immortalitate in mortalitatem corrumpit ad vitam immortalem de mortalitate insecutus etiam sine dolo surrexit. *Eritis sicut Dij*, suggellit serpens: evanuit in efca cogitata Deitas, ægrè tulit divina charitas: & Sacramentum in cibo & potu proposito instituit; ut homines, quos mortales coluber fecerat, Deos faceret: ac videret gemens, sua utique calliditate victus, & vafrice verspellit serpens coarctatus, divinitatis participes; quos suæ desertionis lividus habuit confortes. Multatur Lybica fera in Eucharistia. O presiosum & admirandum convivium, salutiferum, & omni suavitate repletum! Incute diabolus in pauperem, quam fecit; & perduellis artis suæ sagacitate perivit: igitur qui eius fugillatione miserè morte moriuntur, morte Conditoris & sanctè vivificantur; ut floreat antidotum primæ noxæ Sacramentum Eucharistiæ.

2. Subit mentem in filios Israel Divina munificentia, & tanta Maiestatis præstabilis medicina. Sic nanque illis objicitur à Moyse. *Ductor tuus fuit in solitudine magna, atque terribili, in qua erat Serpens statu adurens, & scorpio, ac diptas, & nulla omnino aqua.* Perpende: *Et cibavit te manna in solitudine.* Quodnam ergo cibi manna, ac li-

Maburn.

Guarric.

Eucharistia est cibus vite immortalis, medicina peccati, & restitutionem sanitatis.

Umbra huiusmodi prodigijs.

Mortui à calido serpente, coclico pane liberantur à morte.

Gen. 3. 5.

Ioan. 19. 28.

Qualis Hydrophobia amovit

Cornel. Cell.

Plin.

Hydrophobia synbolum primi peccati.

Deut. 8. 15.

Verf. 29.

betæ

bértatis à serpentibus consortium, ut simul beneficiat memorentur? Omnia in figura contigebant illis. Per serpentem adurentem statu, per scorpionem interaccantem incesu; ac per diptadem occidentem mortu; & signatur vulnera Primiparentum à serpente dæmone; quorum refrigerationi omnino nullæ erant aquæ. Per manna, Eucharistiæ signabatur Sacramentum, quo de celo descendit panis pro medicina hominum: & unâ meditanter exponuntur panis cœlestis largitio, & à serpente languorum procedentium explicatio; ut prospicerent in umbra Sacramentum Eucharistiæ, medicamen vulnere originalis peccati.

Divinitatis hamo insecavit coluber astarte nodos, & prædivites nudavit: nocuit & necavit; igitur illis subdole imposuit. Adhuc scæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei afeendit super eos, ut deciderent à cogitationibus suis, & expellerentur ab horto voluptatis. Serpens adusit statu ita parentum viscera; ut in progenies dimanarent ulcera: ac illico ut vidit, per scam à diptade, serpens venenum; per cibum etiam Deus meditatus est auxilium: quippe si mortui iacent & à serpente: per panem cœlestem liberantur à morte. Icitur homo à diptade astuta; & tacta fuit dolore icus hominis, charitas Opificis ingeniosa: patet. Sitis effectus toxicæ diptadis est: etiam habens naturam sine veneno, vel in Cruce dixit: *Sitis*. Sitis: Sanè hæc est Hydrophobia amoris: sibi & aqua simul cruciatur in ligno crucis. Omnes fluctus induciti sunt super illum, & adhuc sitit tormentum: igitur bibentem sicut aquam candentium tribulationem; aquæ multa eius non potuerunt extinguerè nec sitim, nec charitatem.

3. Hydrophobia, *Morbis est* (ait Cornelius Celsus lib. 6. cap. 27.) *in quo simul æger & siti, & aqua metu cruciatur.* Oritur ex morfu rabidi canis: uti asserit Plin. lib. 29. cap. 5. Laborarunt cum filijs huiusmodi morbo, quos momordit canis rabidus in paradiso: prius in specie colubri pomodentem infixit; ac hydrophobus evasit, qui potum facuè momordit. Sitis & aquæ metum satulit viras in pectus; & prævalet adhuc in posteros morbus: sitim enim vivendi, & aquæ potum in morte. Alius dicamus sitim excitat calamitas paradisi immortalium gaudiorum, & metum aquæ inestimabilem lachrymarum. Sitis igitur bonorum fugacium dirè cruciantur, & metu calamitatum adventientium comprimentur.

Hæc est fugillatio rabidi canis, & vibex

flagitij primigenij transgressions. Verè languores nostros Protomedicus tulit, & dolores nostros ipse portavit: siquidem expressit carnem infirmam, cum intrarent aquæ passionis, effectus rabidi canis, & usque ad animam: ac spiritu prompto vel levatus in crucem, pectoris faucij prædicavit sitim. Delevit, quod adversus nos erat, chirographum decreti, & affixit illud validè cruci: ac etiam ab illo instituitur panis cœlestis, ut iam redemptorum sitientium ablescat hydrophis.

4. Audi reapsè medicamen præstantissimum, & toxicæ præsentanei phyladerium. *Factum est* (ait Lucas) *cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Phariseorum sabbato manducare panem, & ipsi observabant eum. Et ecce homo quidam hydropticus erat ante illum.* Observa, obiter estò, Medicamen, Medicum, & infirmum. Medicamen, Panem, Medicum, Iesum, Infirmum. *Homo hydropticus.* In primo magnificentiam doni: in secundo, nobilitatem dantis: in tertio, utilitatem denique recipientis: pro quo consule D. Thom. *Opuscul.* 58. & Albertum Magn. Ser. 5. de *Eucharist.* Hydrophis est agritudo nota, idest intercus aqua.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops, Nec sitim pellit.

Succinit Horatius lib. 1. *Carminum.* Od. 2. Imò uti etiam altipulatur, Ovid. lib. 1. de *Remed. Amor.* & 1. *Pastor.*

Quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aque. Ovid. Hydrope turgescit corpus. Indicat virus, & etiam toxicæ illecebram; igitur æger, qui languet, sitibundus cupit undam. Cogitabat, cur Hydropticus, qui aliàs occurrere quibat (aut potuerat) Medico Christo appropinquat, dum panem manducat? Mysterio, non casu, Panis ille Eucharisticum demonstrat, descendentem de celo symptomatum fractæ hominis valetudinis efficacem medicinam. Ubique sanè, uti cœlestis Archiatrici, ac in qualibet mala medicina prævalet; maxime in traductum à primis parentibus gravem hydrope: unde qui laborabat, diligenter arripuit medicaminis occasionem, accedens cum panem Medicus manducabat: igitur panis Eucharisticus hydrophis sitim sedat.

5. Hunc panem in medicinam signavit Deus. Intende. Cum notam faceret Christus Sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum insinuantur omnia; in quo habemus redemptionem per sanguinem eius (remissionem pec-

Quomodo Hydrophobia inebriat

Luc. 14. 1. 2.

D. Thom. & Alb. Mag.

Horat.

Ovid.

Euch. r. sita hydrophi anime medicina.

pec-